Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26937
Copyright: Admont, Benediktinerstift

bedientie contumacia degra
davit. Archiepiscopus vero misit ad
illum, ut suum sibi redderet
ministrum. Quod ubi papa
abnuit, pontifex ut erat
antique discipline, licet
egre, patienter tamen interim
tacendo sustinuit. Post lecto
autem evangelio et decan
tato offertorio, ubi sacri sa
crificii tempus advenit, pon
tifex in sede sua resedit,
vere contestans nec [se. nec] alium
quempiam completurum
illud officium, nisi reciperet
processionis sue ministrum.
Quod ubi apostolicus intellexit, pon
tifici cessit, reinductumque mi
nistrum continuo remisit.
Et recepto debito se presul in
iunxit officio. Qua in re et
pontificis auctoritas et apostoli
ci considanda est humilitas.
Dum et ille officii sui dignita
tem defendere contendebat, et iste
licet maioris dignitatis me
tropolitano tamen in sua diocesi
cedendum perpendebat.

Heinricus imperator Pannoniam
intravit cum exercitu, habens
secum Leonem papam. Nam et an
tecedente anno illuc ingressus
fuerat ad coercendum Andream,
qui eiecto Petro Ungarorum regnum
invaserat. Sed incolis terre cum vic
tu necessariis absconditis, mi
litem sustentare non valens, va
statis omnibus reversus fuerat.
M.liiii. Imperator Heinricus Ytaliam in
gressus Beatricem et Mahthildis
matrem consanguineam suam defunc
to marito eius Bonifacio mar
chione secum reduxit.
M.lv. Leo papa mortuus est et in
ecclesia sancti Petri humatus clarus habetur
in miraculis. Cui Gebehardus Eiste
tensis, qui et Victor, successit, illique
Stephanus natione Teutonicus.
M.lvi. Ungari imperatori rebellant.
Quibus Gebehardus Ratisponensis episcopus patruus
imperatoris occurrit, in fugamque versos magis
cede afflixit, et urbem marchie edificiis
heimburch